ra verba tentator Diabolus omittit, Matth. IV. 6. Luc. IV.
10. sec.

Verf. 12.

כַּפֵּי יְשׁוּבָה *super manus portabunt te.*
vola, manus. נָשָׂא *tulit, portavit.* v. Gr. n. ed. pag. 91.
reg. 2. p. 132. 3. p. 161. 3. Cabbalica angelorum nomina ex
hiscæ eruta verbis vid. ap. Sim. de Muis ad h. l.

פֶּן תִּצְוֶה וְגוֹי *ne fortè impingat ad lapidem pes*
tuus. נָגַף *percussit, it: offendit, impegit.* Chaldæus:
לְאֲבִיבֵי בִישָׁן רִמְתוֹל *ad cupiditatem, concu-*
piscentiam malam, similem lapidi יֵצֶר & יֵצֶר הָרַע *vel*
Concupiscentia mala, טָבָא *concupiscentia*
bona. Chaldæis: qvalia non habent hic LXX. Ethiops,
Syrus, Arabs, Vulg.

E

Verf.

Verf. 13.

וּפְתַךְ חֲרִידִיךָ *super leonem & aspidem calcabis.* שָׁחַל (pro שָׁחַל p. 108. ab in.) *leo* mediæ ætatis, ferox, immauis. אֲסִיפִיךָ *aspis*, aliis *basiliscus*, quem descriptum vid. prolixis ap. J. Lorin. ad h. l. Ambulare super leonem & aspidem est magna pericula subire, vel loca talia periculosa transire. conf. B. Glas. Philol. S. sub fin. pag. m. 901. cui contravenit Em. Sa & St. Menoch. in ann. suis ad h. l.

וְתַנִּיךָ כְּפִיךָ *Conculcabis leonem juveniculum & Draconem* אֲרִי *leo*, nom. comm. כְּפִיךָ *leo juvenis*, prædari discens, שָׁחַל *leo mediæ ætatis*, ferox, immauis. לְבִיא *annosus*, cui tamen dentes adhuc sunt molales. וְיֵשׁ *vetus, decrepitus*, Ita volunt.

Verf. 14.

Profopopœia. Introducitur quippe DEUS, pathetica oratione protectionem & securitatem piis pollicitans.

כִּי בִי חָשַׁק *quia in me propendit*, ad literam אָהַב *amavit*, amore propendit. (construitur cum בְּ) *desideravit*, Luth. Er begehret mein. Targum, ut supra comm. 2. utitur vocabulo מִימְרָא, ut sæpè aliàs, quod paraphrastæ *Verbum consubstantiale divinum* notat: ut Johanni evangelistæ ὁ λόγος, Joh. 1.

וְיֵשׁ

וְאַחֲרָיו וְעָרַמְתִּי אֹתוֹ *eruum eum*, וְעָרַמְתִּי אֹתוֹ *evafit, effugit*. h. l.
in Piel: *eripuit, liberavit*.

אֶשְׁבַּחְהוּ *exaltabo extollam eum*. Verbum for-
mæ ejusd.

Vers. 15.

אֶעֱנֶהוּ *exaudiam eum*. עָנָה *respondit, exaudivit*.

אֶחֱלֶהוּ *eruum eum*. Ejusd. notationis cum su-
periore בָּרַט.

וְאֶכְבְּדֶהוּ *glorificabo eum*. כָּבַד & כִּבְּרָהוּ *hono-
ravit*.

Vers. 16. & ult.

אֶשְׂבִּיעֶהוּ *saturabo eum*: שָׂבַע & שָׂבִיעַ *satiari,
saturari*.

וְאֶרְאֶהוּ *videre faciam eum*. Notes hoc lo-
co sub finem & epilogi in vicem (extra אֶנְכִּיחוּ *expres-
sum comm. 15.*) Septemgeminam s. septuplicem,
asseverationem, eandemq; patheticam & emphaticam
planè (majoris certitudinis ergò) Numinis divini de
protectione & securitate piorum, expressam in Fu-
turis totidem primæ personæ, additis totidem affixis
tertiæ personæ הוּ. Qualia fere notant etiam incul-
cantqve paraphrastæ. LXX, Ethiops, Syrus, Arabs, Vulg.
& B. Lutherus suo: Ich / Ich / Ich etc. Posteriora
E 2 ra.

ra hæc verba, Buchananus, Scotus, ut solet, ita non in-
eleganter:

*Laboriosis hunc vicissim
Incolumem eripiam periculis.
Præsens vocanti subsidium feram,
Et imminenti rebus in asperis
Fato eximam: exemptoq; honorem
Eximium decus arrogabo.
Faxo virenti robore transigat
Seræ Senectæ tempora foaviter:
Meosq; monstrabo beare
Quâ soleam ratione amicos.*

Addit demum solus Arabs, & concludit, ut supra Psal-
mo XC & alibi sæpè, cum suo, *ألا يا ويلتي*

Allahojja & nos item iterumq; cum illo:

УНН.Р.





A. x. Ω.

EXERCITATIO III.

Sive

Locus JOBI, cap. XIII. vers. 15.
illustratus &c.

Autore

ANDR. SENNERTO.

Questio.



Vanti quandoque sint denturq; scopuli
cum in Vet. foederis tum Novi Instru-
mentis, in quos navigaturo mare hoc
impingere proclive sit, testatur & ex-
perientia & pleni sunt libri omnis ge-
neris & Theologorum & Philologo-
rum Criticorumque Doctorum. Mihi jusso aliquid
eorum, N. N. in medium proferre, succurrit hac vice
Locus Jobi, libri ejus cap. XIII. v. 15. quem Fontes Apo-
graphorum hodie nostrorum: *הוֹ-יִקְטִלֵנִי לֹא אֵיחָל*
quod est: *ecce occidet me, non expectabo vel sperabo.*
Vulgatus: *etiamsi occiderit me, in ipso sperabo* B. Luthe-
rus verò noster: *Siehe/Er/sc. Gott/wird mich doch*
ermürgen/und ich fans nicht erwarten. Quid er-
gò

gō in tantā cūm Fontis, tūm Versionum, (ut alias aliasq; taceam hac vice) varietate, imō contrarietate? Certē Fontes in sensu literalī simplicissimoq; , ut dictum modo: **וְיָקִטְלֵנִי לֹא אֶחְוָה** ecce, *occidet me, non expectabo vel sperabo*, in sensu nonnihil dubio. Vulgatus; *etiamsi occiderit me, in ipso sperabo*. Verba immotæ & constantissimæ fidei & spei Jobi Uitzæi. B. Lutherus deniqve in sensu illi planè contrario, quasi verò verba Jobi sint impatientis, imō impatientiæ extremissimæ, ut sic dicam: **Siehe / Er / GOTT / wird mich doch erwürgen / und Ich fass nicht erwarten : q. v. dicat : aber es wehrte ja / Er macht es mit mir gar zu lange.** Quid ergo, dico, in tantā & Fontium & Versionum varietate, imō contrarietate? Equidem nota aliās in plurimis aliisq; miserrimi hominis, viri dolorum, Jobi, impatientia; in aliis verò non rarò vicissim constantissimus animus, *παρρησία* immotusq; spes & fides. Cujus quippe verba hæc statim in principio ejus libri cap. I. **Ich bin nackt von meiner Mutterleibe kommen / nackt werde ich wieder dahin fahren. Der HERR hats gegeben / der HERR hats genommen / der Name des HERRN sey gelobet. & cap. II. Haben wir gutes empfangen von GOTT / und solten das böse nicht auch annehmen? & cap. XIX. v. 25. seqq. Ich weiß daß mein Erlöser lebet / und Er wird mich hernach aus der Erden aufferwecken / und werde darnach mit dieser meiner Haut umgeben werden / und werde in meinem Fleisch GOTT sehen / denselben werde ich mir sehen / und meine Augen werden Ihn schauen / und kein Frembder :** in sensu quidem hæc Megalandri nostri, **Et verò cūm dubius hæream animi**

animi in sententiarum hoc divortio, quinam sensus sit mensq; ipsissima Spiritus S. in hoc loco allegato, Jobi XIII, v. 15. tuarum verò partium hæc sint, ex proprietate verborum, linguæ textusq; originalis dirimere hæc atq; talia, Te (SENNERTE) oro rogoq; meo atq; Competitorum meorum nomine, ut haud graviter sententiam tuam, super illa exponere velis, sive id paucis sive pluribus. Constabunt pro hac navata nobis operâ studia atque officia. &c.

Responsio.

ANtequam ad rem &c. &c.

Nunc N. N. sollicitas me de loco Jobi Cap. XIII. com. 15. ejusdemq; sensu genuino. Verba ejus, ut rectè adduxisti eadem, sunt: *לֹא אֶחְסֶה וְלֹא אֶסְפֹּר*, quæ si juxta literam simplicissimeque demus, ita habent: *ecce, occidet me, porrò, non expectabo, sperabo.* B. Lutheri, qui ut alibi, ita & h. l. verba extremæ impatientiæ Jobi, & ex dolore quidem justo exquisitissimoque profecta eadem facit, hæc vice mittimus, quando hæc: *Siehe/Er/Es/Will/wird mich doch erwürgen / und ich fangs nicht erwarten/Transcant.* Ita LXX. Interpretum, qui: *εάν με χειρώσται ὁ δυνάστης, ἐπεὶ καὶ ἤκεται, ἢ μὴν λαλήσω καὶ ἐλέγξω ἐναντίον αὐτοῦ: licet opprimat me, qui potens est, quoniam Es cepit, tamen loquar Es coram eo arguam:* quo in sensu sanè dubiosum.

Cæterum N. N. nos verba Jobi Utzai immotæ constantissimæq; fidei & spei, minimè impatientiæ
cujus-

Fidei verbis hisce? Adde nunc Masoræ Testimonium non adspernandum, quæ in קרי טו s. marginali legit expressim וְלִי per Vau-cholem: *ecce, quantumvis occiderit me, in ipsum sperabo*: qualiter & legit Opus regium, quod vocant, sumtibus Philippi Hispaniarum regis concinnatum per B. Ar. Montanum, vid. illud omnino.

Taliter jam legunt item Syrus יִפְסֹדֵי כֹס

וְלִי (expectavit , speravit)

rad.) Si ipse occideret me, in ipso sperabo tantum.

It: Arabs فَاِنْ هُوَ قَتَلَنِي فَاِيَاكَ اَرْجُوا وَقَط

eodem modo: rad. speravit, nom. spes

fiducia: & ex parte Chaldaeus: קַרְמוֹי אִין יִקְסַלְנִי

נַעֲצִילִי *ecce, si occiderit me, coram eo orabo*: effectu vel

consequente posito pro causa sive antecedente. Ad-

damus nunc Anglos, Genevenses, Piscatorem, similes;

praesertim verò hac vice Vulgatum Interpretem, Vul-

gatum, inquam, Interpretem, qui expressè: *Eriam si oc-*

ciderit me, in ipso sperabo: Undecunque, an ex fonte?

desumsetit idem. Atque omnes hi in sensu fiduciali in-

terpretantur locum hunc: quo & in sensu optimo & εὐφαικοτέρω ego acquiesco.

Jam tandem objectio hæc adhuc fortè fuerit di-

luenda: an tutum satis sit, statuere similem enallagen.

τὸ Ν per Ν scripti pro וְלִי per Vau-Cholem. Verùm

respondeo: (ut nihil quicquam dicam de superiore el-

lipsi τὸ Ν interrogativi) quid hoc novi, accidere po-

tuisse amanuensi, ut audiret scriberetque pro וְלִי per

Vau-Cholem Ν per Ν? qvalia exempla in Bibliis apo-

F graphis



graphis sc. hodie-nostris, ut supra dictum, Avenarius
 in קרוק suo numerat quindecim, & inter hæc hoc no-
 strum item. Et quid porro mirum id, cum reperia-
 mus pro אלהים DEUS sc. *trinitus* scriptum אלהים/
 אלהים dico, per ך finale in apographis item hodie-no-
 stros, 1. Reg. I. 45. pro יד manus, eodem mo-
 do : יד. Sam. IV. 13. pro עבדו *servie jus*, vel
 certè אבדו *servi tui*, ceu Keri legit, עבדו per Se-
 gol & Kamets in fine, irregularissimè planè, 2. Sam. XIV,
 22. & sic in aliis Locis non paucis. Atq; , sapiant hæc
 atq; talia ane Fontes s. avtographa? Minimè. Apogra-
 phorum hodie-nostrorum menda sunt, citra tamen
 hæc, (omninò,) citra tamen hæc dico, Fontium, præser-
 tim avtographorum, verum & fidem. Caterum de
 eo cum alibi prolixis à nobis actum sit reperiaturq; ,
 hic subsisto in gemino qve אלהים לו אחר
Etiamsi occiderit me DELUS, attamen, attamen,
איו, in eum sperabo, sperabo.
 סרה.





A. x. Ω.

EXERCITATIO IV.

*Sive*Locus JOBI, Cap. XIX, 25. seqq.
illustratus &c.

Autore

ANDR. SENNERTO.

Questio.

Remissis præmittendis, Cæterum de argumento dum sollicitus sum, in mentem mihi venit opportunè Locus Jobæus, Libri ejus cap. XIX. comm. 25. & seqq. primà fronte idem, & quomodo pro concionibus & alibi nonnunquam allegatur, pro resurrectione scil. mortuorum, clarus satis & perspicuus, sed si eà curâ, quâ in hac Literarum & Lingvarum luce par est, & an textui Ebræo avthentico; quadret idem, perspicias satius, minimè talis fortè perq; omnia. De hoc itaq; laudato loco dum aliquid dicturus sum in præsens paucissimisq; &c. &c.

Enimverò in antecessum utut fortè infinita possint produci alia de eodemq; controversi loco: attamen

F 2

men

men unum solum hoc, eidem tanquam intrinsecum & palmarium *αξιωμα*, videbatur circa illum disquirendum mihi: an idem nempe de Jobi vel nostrâ etiam Resurrectione aliquando sub finem mundi futurâ agat sitq; intelligendus, an verò minùs? Certè enim negant id fortiter & Judæi & Photiniani: addam? Mercerus, Vorstius, alii. Sunt porrò, qui de Liberatione Jobi victoriosâ ab hostibus & calamitatibus suis cum temporalibus tum spiritualibus in genere intelligunt: qui de Vindictâ Redemptoris ejus adversus Amicos contumeliosos & injuriosos in specie vel individuo, huic, Jobo, insultantes, denegatione notanter resurrectionis ejus, quia impius sit, conf. Cap. dicti XIX. vers. 1. & seqq. cap. XVIII. v. 5 & 13. alia loca. Qui porrò de restitutione sanitatis & felicitatis temporalis Jobi futurâ in his terris. Qui præterea de Messîâ Christo, Goële vel Redemptore in genere, & quidem Ejusdem adventu in carnem, vel resurrectione gloriosa, vel adventu novissimo ad judicium, similiter: quin imò qui de DEO trinuno simpliciter & absolutè inq; genere; Piscator, Junius, alii. Qui omnes suis nituntur, vel certè videntur, rationum probandiq; modis: quibus adducendis brevitas studio supersedeo. Deniq; addo in superq; (quodq; palmarium & caput rei quodammodò est) quod alios aliosq; turbent ac suspendant vocabula Textus non pauca, eademq; dubiosa vel sub obscura: v. gr. *יְהוָה* vel *יְהוָה* f. Redemptor quisnam? *יְהוָה* quomodo reddendum? præsertim *יְהוָה* quomodo, an *stabit* absolutè & neutraliter, an *transitivè*, *stare fecit*, *resuscitabit*, an verò *resurrecturus sum*, juxta Vulgatum? *יְהוָה* *pellis mea*, hæc: qvî masculinum, foeminino jungatur? Eodem modo: *יְהוָה* quid? Qui

Vulgata reddat: *Circumdabor*: cum tamen tertia, non prima personae sit vocabulum? Et quae his sunt similia alia. Caterum abrumpo, nec prolixior ero, &c. &c.

Responsio.

Principio, N. N. anteq, ad rem, &c. &c.

Deinde N. N. sollicitas me de Loco Jobéo, Libri ejusdem cap. XIX. comm. 25. seqq. Rectè atq; ante omnia, sub initium mox verborum tuorum, monebas, non adeò illum esse evidentem & perspicuum, ut primà fronte videretur, (agnoscis tua verba) & quomodo pro concionibus & alibi nonnunquam allegatur: quin potius dubiosum in multis: quod vel translatores atque interpretes abundè attestantur: quo nomine primum, Judæos atq; Photinianos adducebas, illum vel ne quid quidem pro resurrectione mortuorum vel Jobi ipsius facere, prorsus negantes. Quos contrà, ut prolixior sim, nolo. Clariùs enim quid dici posset, quàm: *In carne me à videbo DELM, quem ego visurus sum mihi, & oculi mei viderunt vel videbunt, & non alius.* Quas verò ordine adduxisti sententias in contrarium statuentes, de hisce paucis en ita habe: i. dicebas, esse, qui velint hunc locum agere de Liberatione Jobi victoriosà ab hostibus & calamitatibus suis cum temporalibus tum spiritualibus, inq; genere: Enimperò nimis genericè illum hi intelligunt atq; exponunt. Quippe singula hemistichia aut commata, immò verba singula textus, qualia non adducam, aliud sibi volunt, atq; adstrictam magè sibi requirunt mentem specialiolemq; Ita

F 3

atque

atq; eodem modo illa contrariantur alteri sententiæ, quam ex mente aliorum Tu adducebas, nempe de vindictâ Redemptoris Jobi adversus Amicos contumeliosos & injuriosos, eidem insultantes, denegatione resurrectionis ejus, quia impius sit. Nimis enim & hæc expositio deviat ab emphasi singulorum textûs *συχίων*, immò Verborum: quippe quæ contrarium potius adstruunt & confirmant satis superq; denegatam, nempe, ab Amicis Jobi redemptionem, in specie v. Resurrectionem futuram. Quid verò porrò tertia tua sibi vult, ut non ex mente tua, sed aliorum, opinio veriùs quàm sententia? quod nempe hic Locus agat de restitutione sanitatis & felicitatis temporalis Jobi futura in his terris. Quæ sententia ferè Rabbiorum, Photinianorum, porrò Merceri, Vorstii aliorumq; est. At verò *וַיִּתֵּן* notanter ait Jobus, quod est, non scio vel novi nudè, sed ex indole linguæ & verborum textûs: *firmiter et a mecum statuo, credo, planè & indubitanter persuasum habeo mihi.* Si autem locus de restitutione pristina sanitatis & felicitatis temporalis Jobi ageret, non hanc certò sciret aut sibi persuadere posset: cum temporalia à DEI liberâ voluntate dependeant, non ita spiritualia & alterius quæ vitæ sunt: adde, quod nihil minus, quam sui restitutionem in integrum credat urgeatq; passim Jobus. Vid. cap. VII, 7. c. X, ult. c. XIII, ult. c. XVI, ult. c. XVII, 13. seqq. XXX, 23. alibi. Secundò additur notanter *יְהוָה* vel *יְהוָה* Redemptoris vocabulum, quod in Scripturis maximè & *κατ' ἐξοχήν* Goëlem spirituales notat. V. omninò unum solum Jesaiam passim. Accedit tertiò vocabulum *וַיִּתֵּן* postremò, adverbialiter sumto hoc, vel ut alii aliq; *in novissimo die.* Tunc, ait,

ait, Credo & persuasum firmiter mihi habeo, futuram meam plenariam, & alterius vitæ quæ est, salutarem & spiritualem maximè Redemtionem: non modò vel statim aut interjecto quantocunqve temporis spatio, non in hac vitæ temporalis fragilisque fugacitate tandemq; mortalitate. Minimè. Porro, de Messia Christo, Goële & Redemtoe Jobi & nostro, hunc locum intelligendum esse facilis largior, & modò concessi in proximè dictis, si non de toto contextu, sed primis ejus verbis commatis 25. intellectum id velimus: non vers. 26. & 27. qui de resurrectionis negotio ipsissimo, (non excluso quidem, sed incluso iterum Goële, causa tanquam hujus efficiente & primaria) ejusdemq; processu & modo certos nos faciunt. Quod verò de DEO trinuno absolutè & simpliciter, inq; genere illum intellectum, volunt Piscator, Junius aliq; , nimis genericum vel universale assertum horum iterum iterumq; est, nec toti contextui idem conforme.

Cæterum illud nunc altioris indaginis est, N. N. quod Te suspensum teneant vocabula non pauca Textus Loci hujus Ebræa, quomodo nempe intelligenda illa vel reddenda propriissimè sint, ut de sensu eorundem, verò certò constet: ut nihil quicquam adhuc dicam de divortio sententiarum inter Translatores & Interpretes super iisdem. Sanè enim hi iidem, cum veteres tum recentiores, ut ex parte jam notatum, תרגומי Targumim Autores, LXX. Senes, Syrus, Arabs, (Persa, quod obiter, Æthiops in Jobum hic exculant) alii aliique horum aliter atq; aliter reddunt. Præsertim Vulgaris, imò B. etiam noster Lutherus. Vulgatus quippe: *Scio enim*

enim quod Redemptor meus vivit, & in novissimâ die de
 Terrâ resurrecturus sum. Quasi verò scriptum esset:
 וְיָבוֹאוּ אֲחֵרֵי מֵעַפְרָא יְקוּם, cum tamen Fontes
 legant וְאֲחֵרֵי עַל-עֵפֶר יְקוּם. In tertia inquam,
 persona, יְקוּם non prima יְקוּם resurgam vel resur-
 rectorum sum, juxta illum, Vulgatum. Porro: & rur-
 sum, addit: circumdabor pelle meâ, iterùm in prima
 personâ, cum Fontes vicissim in tertia נִקְפִּי. Adde,
 quod radix hujus vocabuli vel Verbi נִקְפִּי sit perquam
 dubia, an נִקְפִּי ambivit, circumdedit, an verò potius נִקְפִּי
 excidit, concidit? prætereà quî quæso Vulgatus omittit
 Pronomen integrum אֲנִי? similiter. Qualia quidem
 nunc B. Lutherus noster, quanquam quantum sensum,
 non literam, magis dilucidat, & propiùs ad rem accedit,
 quando: **Ich weiß / daß mein Erlöser lebet / und Er
 wird mich hernach aus der Erden wieder aufferwe-
 cken.** Hunc in modum atq; ipsis iisdem Verbis etiam
 prima Eiusdem editio de anno 1524. An verò יְקוּם
 verbum עוֹמֵר stans, ut loquuntur Ebræi, vel Intransiti-
 vum s. Neutrum stabit, denotabit activè s. transitivè
 Erwecken / stare faciet, excitabit? Prætereà an superius
 נִקְפִּי tertia pluralis Præteriti notabit in prima: **Und
 ich werde mit dieser meiner Haut umgeben wer-
 den?** Dubiè sanè certè omnia, nec parùm, & sic porro.
 Quid igitur? nempe, si de sensu sano Verborum textus
 hujus mihi quoque, & ad instantiam quidem tuam,
 N. N. statuendum quid aut proferendum sit, en, pensu-
 culantem primùm verba singula ejusdem, hunc in mo-
 dum me audies, si quidem audies,

וְאֲנִי יָדַעְתִּי Et ego scio, ait Jobus, scil. per cer-
 tam noticiam, ut suprâ quoq; dictum, fiducialiter planè,
 quòd

quod Redemptor רַדְמָתוֹר גְּוִיָּאֵלִי Redemptor, inquam, meus, optimus max. spiritualis maximè, vivat, vel, vivens sit. Syrus emphaticè & energeticè planè: אֲנִי אֲדֹנָי (Notetur h. l. lineola occultans, sic dicta) Et ego scio, scio inquam, Ego, quasi dicatur: Porro וְכִּי אֲנִי אֲדֹנָי (virgula occultans iterùm) quod Salvator meus vivens sit. Ita Arabs: رَدِّصَ حَيًّا Rad. دَرَّصَ liber, salvus evasit. Nom. مُخَلِّصٌ Liberator, Servator. וְאַחֲרָיו postremò (adverbialiter, quid novi?) vel postremò scil: die. Ita ferè Targum: וּמִן בְּיַד כְּרִיּוֹן Et post hac. Syrus: אֲנִי אֲדֹנָי sub finem. Arabs وَأَلْبَسَ الْفَتَاءَ Nom. فِتَاءٌ à Rad. فَرَسَ, evanuit, periit, caducus fuit. Postremus vel posterior in casu recto, nempe Adam, ad modum I. Corinth. XV, 45. seqq. alii aliiqve reddunt: Dubito: Transeant: Quancquam quo de paucis aliquid etiam adhuc infrà. Sequitur על עפר super pulverem vel pulvere, terrà. Hugo Grotius campo. אֲנִי יָקוּם stabit (non stabo vel resurrecturus sum in primà personà juxta Vulgarem) intransitivè nimirum & in tertià personà. (Consentit Targum: אֲנִי יָקוּם על עפר Redemptio ejus super pulverem stabit. Syrus: אֲנִי יָקוּם Super terram vel terrà revelabitur. Eodè modo Arabs: أَلْبَسَ الْأَرْضَ (Rad. أَلْبَسَ apparuit, manifestus fuit.) tanquam Victor

Victor scil. & **יְהוָה** *Redemptor meus*: Metaphora desumpta à Belli Ducibus vel Luctatoribus aut athletic victoriosis & triumphantibus: quâ ratione non potest aliò, nisi ad laudatum Goëlem hoc incisum referri. Vel: si mavis cum B. Luthero activè vel transitivè, (verbum tanquam **נִשְׁתַּחֲוֶה** *transitivum* si esset) *stare faciet* scil. **יְהוָה** *me*: quid notius Enallage hac? id est, *resuscitabit, eriget*: non, *resurrecturus sum*, in primâ, juxta Vulgarem, ut & suprâ dictum. Et enim quid notius, quàm Verba Neutra & absolutæ significationis vel intransitiva, **וַיִּמָּוֶט** Ebrais, h. e. actionem s. passionem immanentem notantia, non rarò transitiva fieri actionis s. qualitatis vel adjuncti sui adhaerentis, pro textûs nempe aut sensûs circumstantiâ? ex gr. ipsum hoc quantum unum solùm verbum **וַיִּמָּוֶט** Amos: VII, 2. **וַיִּקְוֶה**. *Quis eriget, suscitabit Jacob?* Lutherus, *wer will Jacob wieder auffheffen?* Consentiant LXX. Senes: *τίς ἀναστήσει τὸν Ιακώβ;* nec non Syrus atque Arabs. Vide illos. Quicquid hîc etiã alii alique. Ac nota quidem aliàs satis est Enallage (Vertumnus sive Protheus ille Orientis mirabilis) in affectionibus vocum quibuscunq; ferè: numero, genere, personis, temporibus, modis &c. Et eum non illa etiã in Conjugationibus earundemq; formis? Quod hîc prolixum foret velle probare pluribus. Addo Enallagen significandi modorum eorundemq; varietatem: quod v. gr. verba simplicia stent pro compositis, ex gr. **וַיִּמָּוֶט** iterum hoc nostrum pro *per-vel subsistere*. Vide Josuæ VII, 12. Psal. 135, alibi: quod unum Verbũ includat alterũ vel stet pro duobus: quod conditionẽ vel adjunctũ idem connotet: qualia pluribus probare loci hujus non est.

Quan-

Quamquam quo ipso Pontificiis patrocinari hominibus nolim, nasum Scripturae Sacrae aliàs adfingentibus pessimè cereum. Quin potius priorem (superiorem) ut approbem sententiam in sensu intransitivo *standi*: quo in Redemptor, לְנִי Jobi laudatur Victor tanquam, qui *postremus* juxta alios aliosque (dubito, ajo, ut supra jam etiam dixi, quippe dissentientibus Targumi Autore, Syro, Arabe, mitto alia. Vide iterum iterumque cit. Scriptores) vel certè *postremum* aut *tempore postremo* *stabit super terram*, superatis nimir. omnibus hostibus suis, etiam Jobi aliorumque piorum, cum quibus conflictandum hic & nunc fuit. Maximè verò hoc intelligendum fuerit de Christo Goële secundum humanam naturam, non exclusà interim divinà, toto scil. hoc, stante super pulverem, aridam s. terram. Coeterum coacta nimis mihi quidem videntur interpretationes illorum (Tigurini, alii) qui *stabit* i. e. *adhibebit vim suam pulveri*: alii: *stabit & exercebit vim suam erga pulverem*, corpora scil. defunctorum inque pulverem redacta resuscitando. Transeant. Atque hactenus comma hoc 25. לְנִי nimirum, Redemptor tanquam & causa Efficiens Resurrectionis Jobi vel nostrae item descriptus: Coeterum nihil hinc adhuc de resurrectione ipsa: contra quam sentit Vulgatus. Idem adeoque minimè confundendus cum effectu, resurrectione ipsissima in seqq: versic. 26. & 27. Quae de nunc porro.

Sequitur ergo וְיָאָרְוָה & *post, postquam* נִקְפִּי עֲרִי *pellem* vel *cutem meam*. Grotius *arvinam*, quae sub cute est, נִקְפִּי (Præteritum Piel à נָקַף *excidit*, *concidit*: non נָקַף *ambivit*, *circumdedit*.) Unde Vulgatus iterum in
G 2
personâ

personam primam contra Fontium veritatem) circum-
 dabor pelle mea. Minimè נִקְפֵּי דִּיכוּ דico, ait postquam con-
 triverint, conciderint sc. vermes in sepulchro, vel mor-
 bi & ulcera vivente adhuc me, הֲנִי הַנֶּחֱמָה הַזֶּה inquam
 meam, non obstante diversitate generis mascul. & foe-
 minini. Quid notius hac enallage? Quod δευτερον
 Vulgatus: & ipse male omittit, δευτερον, ajo, intento quasi
 digito, ac si dicat, loquatur, nec sine sua emphasi majore.
 Targum וְאַחַר כֵּן בְּתַר דְּהִתְחַל מְשֻׁבֵי תַּחֲתֵי רַגְלֵי וְ post-
 quam inflata fuerit (פִּתְּחָה אֶפְסָה afflavit, perflavit, item illa-
 queavit) pellis mea, erit hoc. Syrus: **וְאַחַר כֵּן בְּתַר דְּהִתְחַל מְשֻׁבֵי תַּחֲתֵי רַגְלֵי**
וְאַחַר כֵּן בְּתַר דְּהִתְחַל מְשֻׁבֵי תַּחֲתֵי רַגְלֵי Rad. **וְאַחַר כֵּן בְּתַר דְּהִתְחַל מְשֻׁבֵי תַּחֲתֵי רַגְלֵי**
 involvit, circumvit. Et postquam pellis mea involuta, com-
 plicata erit. Arab: **وَعَلَى جَنْبِي ضَاقَتِ**
 Et postquam pellem meam angustaverint. **ضَاقَتِ**
 angustia, oppressio: Rad. **ضَاقَتِ** angustavit, in angu-
 stias redegit, oppressit &c. attamen, pergit, **מִבְּשָׂרִי**
אֶחָדָה אֶחָדָה in carne mea videbo DEUM. Resurrectio
 ipsa, en, ejusdemq; consequens & modus, Effectus tan-
 quam in respectu ad causam Efficientem in commate
 precedente 25. descriptus: *Quem ego visurus sum mi-
 hi, & oculi mei videbunt & non alius.* Fontes: **אֶחָדָה אֶחָדָה**
 Plana omnia, nec operosa hæc opus habent diductione. Exaggeratio
 scil: atque amplificatio annexa superioribus.

Atque en, N. N. ita habes sensum atq; interpre-
 tationem (sine præjudicio cujusquam) genuinam loci
 hujus Jobei, aliàs quidem, ut rectè monuisti, per omnia
 non.

non pervii satis. Agit nimirum omninò, omninò
idem de Resurrectione Jobi & nostrâ (utut sub verbo-
rum involucris suis quibusdam) universè vel in genere.
Cæteris quanquam paribus: ut & supra dictum. Ita
tamen ut accuratè distingvamus commata s. membra
textus. Quippe, inquam, commate 25. (res eò tan-
dem redit, ut jam modò etiam dictum) Proponitur
causa efficiens illius, vel quod eò recidit, Resuscitatio,
Resuscitatio ajo notanter, nostra Goëlisq; nostri, primi
tanquam motoris: Commate verò 26. & 27. Effe-
ctus vel Resurrectio ipsissima vel nostra, Carnis scilicet &
huius quidem carnis, ut cum textu notanter veteres
loquebantur. &c. &c.

•JON JON

•(✠)•

63

420



A. x. 9.

EXERCITATIO V.

Sive

LOCUS JESAIÆ, Cap. LIII.
comm. 9. illustratus &c.

Autore

ANDR. SENNERTO.

THES. I.

Inter alia S. S. Scripturæ Vet. Instr. Loca
difficilia & controversa, non minor & hic est
JESAIÆ, veriùs Evangelistæ, quàm Prophe-
tæ (August.) (qui, quod in genere de
CHRISTO, Servatore nostro, Ejusdemq; Exinanitio-
ne, Passione, morte, sepulturâ &c. aliàs agat, apud nos
quidem indubitatum) cap. LIII. comm. nono. Sunt
enim, qui expressim id fatentur, alii, quos insigniter fa-
tigat, alii denique, qui τὸ ἐπέχειν hic planè malint despe-
rantq; de sensu vero ejusdem eruendo, & quid sibi præ-
cisè verba velint. Nos remtentabimus & ipsi, bono
c. DEO, & quid modò ex eodem exculpi possit, spicile-
gio post messem instituto, videbimus, quanquam bre-
vissimis. *Χάριν παράγω χριστὸ τοῖς ἐμοῖς πόνοις* (Na-
zianz.) *Ἀμήν.*

II. At

II. At verò lucis huic magis magisq; concilian-
da, anteqvam ad rem, Textum authenticum nec non
Translationes, prout in Bibliis Anglicanis illæ haben-
tur, adscribemus, utq; oculis vel conspectui, ὀφθαλμο-
φανῶς, quod dicitur, hæc statim sese sistant.

Textus authenticus.

וַיִּתֵּן אֶת-רְשָׁעִים קָבְרוֹ וְאֶת-עֲשִׂיר בְּמֹתוֹ וְגוֹ' /

LXX. Græci.

καὶ δώσω τὰς πονηρὰς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτῶν, καὶ τὰς
πλείους ἀντὶ τῆς θανάτου αὐτῶν.

Vulgata Lat.

Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro
morte suâ.

Targum Jonathan.

וַיִּמְסַד יוֹת רְשׁוּעִיָּא לְגֵהֶנְנָם וְיֹת עֲתִירֵי נְכֻסֵיָּא
דְּנֻסָּו בְּמֹתָא דְּאֲבָרְגָא

Et tradet impios in gehennam, & divites substan-
tius qui vim attulerunt, morte exitiosa.

Syriaca Versio.

וַיִּמְסַד יוֹת רְשׁוּעִיָּא לְגֵהֶנְנָם וְיֹת עֲתִירֵי נְכֻסֵיָּא
דְּנֻסָּו בְּמֹתָא דְּאֲבָרְגָא

Con-

Contribuit impius ad sepulchrum ejus, & divitis ad mortem ipsius.

Arabica.

وَأَكْبَرِي الْأَشْرَارَ عِوَضَ وَتَبِيهِ وَالْأَغْبِيَاءَ
عِوَضَ مَوْتِهِ

*Ex rependam iniquis pro sepultura ejus, & diviti-
bus pro morte ipsius.*

III. Nunc, ut ad rem propius accedamus, (præ-
supposito hoc, ut & suprâ jam ex parte dictum, quod
Caput hoc præsens, unâ cum præcedentis comm. 13. 14.
& 15. indubitatè agat de Mesfiâ, & quidem Jesu Nazare-
no nostrò, (de aliò nullò) Ejusdemqve Personâ, Officio,
Exinanitione, passione, morte, sepulturâ &c. Interpre-
tum item & ante omnia potiores eorundemq; senten-
tias audiemus diversas, quid diversissimas? *Ἰουδαῖοι*
hinc mox, pax! quantâ & qualicunque additâ nostrâ.

IV. Prima ergò esto eorum, (H. Grotii, Hiero-
nymo, aliis aliisq; etiam tribuunt) qui misso Mesfiâ,
Christo, Subjecto & ipso h. l. comm. h. intelligendo,
interpretantur de Judæis, horumqve populo, maximè
ejus temporis Pontifice, v. g. summo, Sacerdotibus,
Scribis, Primoribus, mortis, Jesu nostri, instrumentalib9
causis, horumq; consequente mox temporali & æ-
terno exitio: Traditione ex, gr. in manus hostium suo-
rum, Romanorum, captivitate, servitute durâ, exilio,
immo

immò gehennâ æternâ: quorsum Targum (Jonath.) LXX. & Vulgatum allegant huc trahuntq; Vid. supra illos. Verum verò Resp. mox: ut jam modò dictum, sicuti totum hoc Caput sive Oratio Prophetica, de solo Mesia, Christo, intelligenda, non aliter, de quo alibi pluribus: ita hoc quoque incisum vel comma notum de aliò nullo, nullo, vel nullis. 2. gratis adeoque hæc dicuntur, & infertur hic sensus, non eruitur è commate hoc. 3. traditi Judæi in exitium æternum sunt quidem, nisi qui respiscunt, sed non tantùm & præcisè propter mortem & sepulturam illius, de quibus hoc præsertim commate. 4. quæ & ubi de Judæis talia prænotata? minimè. 5. Particula *נת* & præmissum *קבר* infartumq; textui *ו* pro sensui huic reclamant. 6. Vocabulùm *שיר* maximè in sensu proprio pro *divite* acceptum, ægrè admittit hunc sensum.

V. Zvvinglius & ex parte Junius *קבר* synecdochicè pro *nece* vel *morte* accipiunt: seqvens verò *מות* vel *מותיו* pro *exaltatione*. Resp. 1. Aliena verò hæc planè sunt à notatione Vocum nec non sensu textûs. 2. Sepulchrum & mors inter sese distingvuntur. 3. In specie verò (Zvvingl.) ubinam *מות* vel *מות* unquam Exaltationem inferunt? 4. Junius verò Verbum *נתן* *dedidit* de populo Judaico iterùm exponit, quod plerique veriùs de Christo ipso vel Deo Patre cap. hujus comm. 5. aut immò totâ S.S. Trinitate,

VI. B. D. Tarnovius, nec non Osiander, quoad sensum hunc ferè in modum exponunt: *Et dabitur cum impiis sepultura ejus Et cum divitibus in morte ejus.*

H

ejus,

ejus, hoc sensu: morietur & sepelietur non aliter ac impius vel dives quisquam, qui nempe aliis suas facultates per vim vel imposturas eripiunt. Resp. 1. Sanè quoad sensum hi ita. 2. quæ in textu distingvuntur, sepultura & mors, impius & dives, hi pro uno eodemque habent sumuntque. A quibus non abeunt per omnia Paraphrastæ Vinarienses & Belgica Translatio.

VII. Sunt porrò, quî quoad locum Sepulturæ montem Calvariæ intelligunt, quò in sit cum impiis & facinorosis interfectus Messias, sepeliendus ex intentione hostium, reputatusque sepeliri ibidem, sed per providentiã divinam accidisse aliter, ut nempe mortuus in divitis Josephi sepulchro sepeliretur. Münsterus, Vatablus, Rivetus, Genevenses &c. ita ferè. Resp. Plana hæc quidem aliàs iterumq; quoad sensum, sed non literam vel sensum literalem: Coacta potiùs. 2. Incisum & primum & secundum hoc modo de sepultura loco intelligetur, nullum de morte vel mortibus. 3. quæ & ipsa distincta exertè ibidem nihilò seciùs proponuntur. 4. Atque habentur similes interpretationes, sensum quantum, plurimæ, quales Textui inferuntur verius, quàm ex eodem auferuntur.

VIII. Aliã viã incedunt itaque alii aliique: Aben Esra, Försterus in Lexico, Schindlerus ibidem, Druſius, Mercerus, Helvicus, Rivetus &c. Hi præsupposito hoc, quod radix סָפַד admittat sensum *cogitandi*, reddunt, *cogitabant, intendebant* scil. Judæi, sepelire eundem ignominiosè, ut interfecerant hoc modo: sed accidit ex intentione divina, quod Josephi divitis in sepulchro

pulchro sit honestè compositus: nempe מַמְּרָה nomine
 ita hoc notante, כּ literâ non pro servili, sed radicali
 habitâ. Unde βωμὸς Græcis *ara, altare*, productis i-
 tem locis parallelis quibusdam. Verùm Resp. 1. Verbi
 מַמְּרָה talis significatio probanda prius, quodque menta-
 lis illa sit, non actum inferat hic ipsum. 2. ac dato, sic ad
 prius membrum Commatis illa pertineret tantum,
 non posterius etiam, cuius non minor tamen haben-
 dus respectus, & utrumq; non destinatione nuda, sed
 actu ipso factum. 3. Judæorum mentio in præceden-
 tibus iterum nulla, potius subjecti alterius, Mesfiæ i-
 pſius vel S. S. Trinitatis, quod copula Vau commati
 præfixa huic innuit & infert. 4. per ἑτυμολογίαν inſi-
 gnem sic & קבר & במה sepulchrum notarent, nulli-
 bi mortis factâ mentione. 5. Locus producatuſ ullus,
 ubi במה sepulchrum, ad literam quidem & præcisè ſi-
 gnificet. 6. *Excelsum* quidem, *aram*, idolorum maxi-
 mè. 7. Formale Verbi ſive radicis infert *altum, ex-*
celsum quid eſſe, quod minùs commodè ergò ſepul-
 chro, ut fovea vel ſubterraneus locus quidem eſt, ac-
 commodatur. 8. non obſtante ad monumenta ſepul-
 chralia, ad modum Mauſolèi cujuſdam exædificata,
 reſpectum haberi. Probetur: & in ſpecie de ſepulchro
 Joſephi perq; omnia tali. Ac ſit porrò ita diſting. inter
 ἕγγον & παῖς ἕγγον ſive acceſſorium & honorarium
 quid. 9. Analogia vocis Grammatica huic inter-
 pretationi obſtat: מַמְּרָה nempe, ſi à מַמְּרָה velis dedu-
 cere, irregulariſſimè planè admittit ſub כּ Sva,
 ſed Kamets. 10. Non ita ſi à מַמְּרָה vel מַמְּרָה de-
 ducatur.

IX. Ex Nostris præsertim, quos non nominâsse hac vice perinde sit, sunt, qui respectu ex parte habito-literæ, ita reddunt: *Et dedit, posuit* scil. *Messias, Christus* משׁעיׁם אׁת *impios sepulchrum suum,* (sive per Ellipsin אׁת כ vel idem repetendum ex posteriore membro אׁת כמוׁתוׁ) *in sepulchrum suum, & divitem* (scil. improbum) *in mortibus suis:* non tam modi mortis & sepulturæ habito intuitu, sed fructus harum hoc ferè sensu: *Et dedit, posuit impios* vel in abstracto *improbitates, impietates* scil. nostras *in sepulchrum suum.* Vid. Romanor. VII, 4. Coloss. II, 12. *Et divitem, divites* iterùm scil. *impios,* vel *divitias* in abstracto. Vide Ephesios I, 2. seqq. cap. II, 7. cap. III, 8. Coloss. I, 27. *in mortibus suis* vel *morte suâ.* Galat. II, 20. respectu habito, ut dictum jam, fructuum vel usûs, efficaciam mortis & sepulturæ Christi. Quam sententiam ambabus & ego amplector quidem manibus. Vid. de hisce atque similibus pluribus Dn. Doct. Calovius noster in Bibliis illustrat. ad h. l. p. 270. seq. alii. Verùm verò, ut cum pace tantorum Virorum dicam, habent nihilò seciùs & hæc similesq; interpretationes suas difficultates: v.g. 1. Ellipsis dum introducit אׁת כ ante קבר (ut ut quidem hæc sit usitata aliàs satis). 2. vel idem repetendum אׁת כמוׁתוׁ, quod dicunt, sed non ex membro priore, verùm posteriore, quod rariusculum fortasse. 3. Vocabulum *divitis* in sensu tropico acceptum, pro *impio* & ipso, repetitumq; adeò quod attinet: non certè omnes divites sunt tales, exemplo Abrahami, Isaaci, Jobi, Davidis, Josephi Arimathia &c. Quid ergò an etiam hoc loco? 4. Enallage insignis insuper (freqvens aliàs quidem etiam satis) intro-

introducitur, cum Abstracti pro Concreto tum pluralis pro singulari. Omnia tamen illa extra communem usum loquendi. 5. Jam verò & de cætero videri ideò poterat Expositio similis hinc statim etiam non amplius literalis præcisè & in sensu rigoroso, sed, maximè adhibito Commentario iusto, mystica potiùs, interim analogiæ fidei conformis & pia omninò: at verò vicissim an hæc ex visceribus textûs petita? potiùs topica, probalis, non demonstrativa per omnia.

X. Syrus quomodo, quando: **سَدَدٌ** **زَهْدًا**
سَدَدٌ **زَهْدًا** *contribuit impius* (an in casu nominandi sive recto?) *ad sepulchrum ejus, &c.* non æquè obvium.

XI. Arabs: **وَأَكْبَرُ** **الْأَشْرَارِ** **عَوَضًا** **وَقَبِيحًا**
& rependam iniquis (an Judæis? ad modum thes. IV.) *pro sepultura ejus.* Rad. **كَبَرُ** **كَبَرًا** *suffecit, satisfuit:* *it: pensavit, retribuit.* **شَرٌّ** **شَرٌّ** *malus, impius fuit.* **شَرٌّ** **شَرٌّ** *malus, impius, & adverbialiter positum, idemqve quod pro, alterius loco,* **سَدَدٌ** **زَهْدًا** *texit, obtexit, sepelivit, unde* **سَدَدٌ** **زَهْدًا** *sepulchrum.*

XII. B. Lutherus noster: **Und er ist begraben wie die Gottlosen/und gestorben/ wie ein Reicher.** In glossa porrò marginali, **Reicher / der sein Thun**
H. 3 **auff**

auff Reichthumb setzt / Das ist / ein Gottloser.
 Transeant.

XIII. Jam inter tot sententiarum divortia, quò
 de suprà etiam conqvesti sumus, mox thesi prima:
 quid ergò? Laudavimus porrò laude dignissimam o-
 mninò Nostratium quorundam sententiam, suprà quæ
 exposita nobis thes. IX. ac sit ita maneatqve. Cate-
 rum cum venia tuâ, B. L. (tecum enim vel maximè a-
 gimus) producam aliam & adhuc sententiam, non æ-
 què vel ubivis obviam, fateamur, quanquam & suis ob-
 noxiam difficultatibus, quæ hæc est; quanquè nemini
 obtrudere velim, sed altiori potiùs submitto indagini
 tuæ, hæc inquam: Quæri poterat, annon Antithesis
 verborum textûs membri utriusque locum hic habe-
 re possit, vel quòd eò ferè redit, annon sensus potiùs,
 quàm verborum haberi ratio? Syntheseos nomine
 Constructio similis venit etiã Grammaticis, quando sc.
 Constructio ad intellectum, non voces refertur; hoc
 sensu quantum locum nostrum: *Et dedit, posuit, ha-*
buit impios in mortibus, vel morte suâ, Et divitem, divi-
tes in sepulchro, sepulturâ suâ: vel clariùs: mortuus
est, ut impius, sepultus, ut dives, vel cum (ita enim τὸ
ἔνθ non rarò significat.) impiis, sepultus cum divite.
 Hoc quippe modo 1. Veritati litamus historiæ & sacræ
 & profanæ. 2. sepultura non præcedit mortem, sed
 sequitur ordinariè. 3. nihil verò decedit analogiæ fi-
 dei. 4. imò menti vel intentioni Spiritus S. Omnino:
mortuus est Salvator, inquam noster, ut, tanquam im-
pius fuisset, (modus) quanquam &c. versic. eod, vel:
cum impiis, facinorosis in monte Golgata Et sepultus
 est

est (modus iterum) à Josepho πλεσιώ Matt. XXVII, 57. inq̄ve sepulchro suo, prætereaq̄; sumtuosè & honorificè satis : quantum verò usum & fructum nostrum (hominum) vel divitias à Christo nobis partas, *tanquam dives*. Plane sic satis hæc : an dicam? & quantum literam ipsam.

XIV. Et ne verò quis prætendat insolentiam & violentiam ἐξηγήσεως talis, en s. Spiritum S. vel amanuenses ejusdem divinos nihilofeciùs usos gavisosq̄ve similibus, vel certè non absimilibus, locutionum modis. Ex.gr. Genes. X, 12. *Et Resen inter Niniven & Calachum*, pro Calachum & Niniven. (Metathesis) sequitur : *ipsa est civitas magna*, scil. Ninive. Sic Levitici XII, 4. *triginta & tres dies manebit* טַהַר וְטָהַר *in sanguinibus purgationis*, pro, purgatione sanguinis. Metathesis iterum. 2. Sam. XX, 6. *Tu, inquit David, assume servos Domini tui, (i.e. meos) & persequere* וַיִּדְרֹךְ *eum*, non Dominum, Davidem, sed Schebam seditiosum, de quo jam ante sermo in præcedentibus. Porro Psalmo XI, 4. *Dominus* : absolute posito Nominе divino, in casu nominandi : sequitur, *in caelis sedes ejus*, sensus habità ratione. Sic Psalm. CIV, 17. *Ciconia : abietes domus ejus*. Porro, *Labium* (scil. populi, quod, Ellipsis durior) *non novi, audiebam*, sensus habità ratione. Psalm. XXCI, 6. sic : *Et post* (scil. idola, quæ) *non profunt ambulabant*. Jerem. IV, 8. &c. &c. Hunc in modum etiam Syrus, Arabs non rarò, item Græci ipsi & Latini, ut de superfluo hæc addam. Syrus *Sacerdos autem Jovis adduxit* ἄϋλας καὶ βόωντας *tauros & coronas*, quod textus Græcus ē-

cus item : ταύρα καὶ στέμματα i. e. coronatos. Act. XIV, 13. Arabs *قَالَ لَمْ يَلْقَ فُلَا* *fluvii currit*, pro currunt Græci: τὰ παιδία παίζει, τὰ ζῶα πρέχει. Lat. *Nobis merenti. Pars volucres facta, sola bubo scil. avis. Tethalus Ossa scil. mons. Eunuchus sua scil. in fabula &c. Omnia scil. hæc sensus habitâ ratione, non verborum, καὶ ταῦτα.*

XV. Tandem : & quid verò si quis etiam diceret, (non dictum verò volo ego) imitatus B. Lutheri glossam marginalem ad 2. Sam. XXIII, 8. & 1. Paralip. XXIV. 1. vide illam & hanc ? *suprà indigitatam illam, Metathesin Verborum commissam per scribentis illo (aliquo) tempore cujusdam oscitantiam, [oscitantiam ajo, non malitiam] citra læsionem tamen vel juram Fidei cæteroquin hujus Articuli majoris de Christo, immò totius S. Scripturæ, cæteris quodque dicitur paribus. καὶ ταῦτα δὲ μὲν ταῦτα.*

Soli Sapienti DEO Trinuni Gloria!

καὶ οὐ





A. x. Ω.

EXERCITATIO VI.

De

MAGIS, ex Matth. cap.

II, I. seqq. &c.

Autore

ANDR. SENNERTO.

Nter plurima alia, quæ in historiâ evange-
 licâ de CHRISTO JESU, Servatore uni-
 co nostro, recensentur, non minùs nota-
 bilis & hæc est Matth. Cap. II. comm. I.
 seqq. de MAGIS ex Oriente in Judæam profectis, in-
 gratiam novi regis Judæorum nati &c. Cæterùm &
 multa vicissim variaque notatuque digna omninò se-
 se in eadem offerunt: v. gr. Nomen horum, profes-
 sio sive studium & vitæ genus, Nominis abusus, usus
 rectus & verus, præsertim hoc in loco: an reges fue-
 rint magi hi nostri, & quot numero? nomina ho-
 rum, Locus unde venerint? Stella, Dux & author in-
 ter alia, itineris. Alii modi & media ejus suscipien-
 di:

I

di:

di : suscepti & exacti tempus : cum Herode collo-
quium. Instructio eorundem. Bethlehemiticum
Vaticinium. *προσκύνησις* Jesuli infantuli : Munera
data : reditus denique in patriam, & quæ alia hisce sunt
similia. Nos hâc vice quantum thematis id & *μελε-*
τήματ & sacri nostri, paucis erimus contenti : At verò
antequam ad rem ingeminamus hocce *Ἰεῖον* : *Θεός*
Θεός.

Jam, *Nomen* primum quod concernit, aliis aliis-
que deducitur idem ex Græciâ (imò Germania) aliis
ex Ebræo, Chaldæo, Syro, Arabiâ, Perside. Cæterum,
(ut missa alia quamplurima, minorisque commatis e-
adem faciamus hoc loco) frustrâ sunt omnes illi at-
que singuli, quicumque sunt, qui vel ex Græco dedu-
ctum volunt, ut Magus idem sit, quod *μέγας*, vel qui
μέγα dicat, ut Simon ille, Actor. VIII, 9. *λέγων εἶναι τι-*
να ἑαυτὸν μέγαν : Luth. *gab für/ er wehre etwas*
grosses : conf. comma seq. 10. Vel, qui ab Ebræo,
(in quâ quidem sententiâ majoris authoritatis sunt
Scriptores non pauci) ab *מגדל* *meditari, eloqui, mus-*
fitare : adeo ut sit ipse Magus, *מגדל*, *מגדל* idem,
quod *מגדל* *scrutator, musfitans* : quò accommo-
dant illud Jes. VIII, 19. *querite à pythouibus & sciolis*
garrientibus *מגדלים* & *musfitantibus*. Sed ubi
heic est *מ* prima rad. vel essentialis litera ? ubi ulti-
ma ? quid remanet nisi media una sola *ג* ? ubi ulti-
ma dentalis, eademque iterum essentialis, in *מגדל* vel
מגדל ? Longius multò deviat porro

non

non nemo, qui ex Arabicâ linguâ deducere amat, à
 ٤—٤—, quod, inquit, *adventum* significat, à ٤—٤—
venit, & ٤—٤—, quod (ita vult) *donare, administrare*;
 ut sint adeò Magi, *advenientes donare*. Parùm com-
 modè. Parili ferè modo, qui ex Perside (AlFirauba-
 badius, Kamusi autor) à ٤—٤—, quod
hominem curtis vel brevibus auribus denotat; qualis
 primus fuerit Magorum autor. Hæc ille,

Rectius igitur multò à radice in omnibus propè
 Orientalibus lingvis usitatâ deducitur, à ٤—٤— vel ٤—٤—
 ٤—٤— vel ٤—٤—, quæ significat:
palpavit, contrectavit, exploravit, & *palpando quasi*
inquisivit, scrutatus est: unde nomina ٤—٤—/٤—٤—
 & ٤—٤— ٤—٤—, quæ significat:
scrutator, investigator, explorator:
 & deinceps nostrum (D heemantico ex more præ-
 misso, secundâ item rad. abjectâ) Magus, ٤—٤—,
 ٤—٤—/٤—٤— (& in plur. hoc
 in loco nostro ٤—٤—) ٤—٤—
 & ٤—٤—, nec non porrò ٤—٤—
 & ٤—٤— *Magismus, Maguseorum religio.*

Atque idem significat adeò Magus, apud Persas
 præsertim, quod *Sapiens*, σοφός καὶ φιλόσοφος apud
 Græ.

Græcos & Latinos. Idemque erant (inquit Strabo lib. XVI. fere) qui apud Babylonios Chaldæi, apud Indos Brachmanes & Gymnosophistæ, apud Gallos Druidæ, Bardî & Semnothei: verbo: rerum humanarum divinarumque scrutatores: naturalium cœlestiumque præsertim; qui & sapientia, imò & religione præ reliquis clari erant. Videndi conferendique ex profanis Scriptoribus, Plato in Alcibiade, Herodotus, lib. I. Plin. lib. XX. Cicero de div. I. I. Plutarch. in Alex. Luc. in Macrob. Suidas, alii.

Ac quantumvis quidem cum apud alios profanosque Scriptores, tum vel maximè in Scripturâ S. nec non apud Talmudicos D. D. (alibi) Vox hæc in malam etiam accipiatur partem, pro *maleficis & incantatoribus* (ut fit non rarò, si accedat rei abusus:) quorsum in Actis evangelicis, cap. VIII. comm. 9. seqq. Simon, & cap. XIII. vers. 6. seqq. Elymas vocantur *μάγοι ἢ μαγέυοντες*: (nolim hoc loco disputare nomen *Elymas*, aut verba Apostoli: ibid. vers. 8. *ἐλύμας ὁ μάγος, ἔγω γὰρ μεθερμηνεύεσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ*: an idem sit & ipsum, quod *Sapiens, Magus*, ab *ל-ע* (mediâ Kesvata) *scivit, sapientia polluit*: unde *ל-ע* *scientia*, & *ל-ע* & *ל-ע* *sciens, doctus, sapiens*: vid. J. Drus. ad voc. Ebr. Nov. Test. pag. 103. Lud. de Dieu ad h. l. & Matth. II, 1. quorsum & apud Talmudicos, in Gemarâ Masechet *שכר* Cap. VII. fol. 75. fac. 1. (mihi edit. Amsterled.) ab initio statim, hæc leguntur verba: *מגושתהו רב ושמואל חר אמר חרשי וחר אמר גרופי* h. e. *de Mago diversa*

sa sen.



sa sentiunt Rab & Samuel, unus dicit Veneficum esse,
alter blasphemum. (conf. in h. l. L'Empereur. in Mid-
 doth cap. V. sect. 2. pag. 175. seq.) immò quorsum
 Lex expressa apud Judæos : תלומר דבר אחר מן
 המגש חייב מותו *qui discit quicquam à Mago,*
reus est mortis : confer etiam illa, quæ de Magorum
 antiquiorum origine, religione, cultu lucis & Ignis
 [Ism. Abul. Feda, historicus & geographus celebris,
 in hist. de Persis : *والله اعلم*
والله اعلم] *ideo, quod Lucem magnifici-*
unt, Ignes colunt : unde & Magi *Ignicolæ* plurimis
 audiunt] vestitu, victu & similibus proferunt Laër-
 tius, lib. 1. de vit. philos. Eusebius, præpar. evang. lib.
 1. Hieronym. in Daniel, Sixt. Sen. Bibl. lib. 2. pag. 96.
 seq. præsertim verò hodiè Ed. Pocockius, Anglus, in
 Not. ad Abul Faraj. pag. 146. 147. seqq. attamen non
 obstat, quò minus in bonam, hoc loco in nostro, ac-
 cipiatur partem, pro *Sapiente & religioso*, immò verò
 veri Dei cultore, ut suprà ex parte jam dictum : quod
 auctores gravissimi agnoscunt : Chrysostomus, Cy-
 prianus, Origenes, Isidor. Hispalens. & ex recentiori-
 bus Elacius in Cl. ad h. voc. Chemnit. Calixt. in
 harm. evang. ad h. l. L'Empereur in Middoth supr.
 cit. 1. pag. 176. alii.

Reges faciunt porrò præsertim papicolæ, freti
 LL. Scripturæ S. Psalm. LXXII. 10. & Jesa. LX. 3. seqq.
 malè intellectis : & quidem numero *Tres* vulgò, vi-
 ut volunt, Psalmi citati, item, pro numero triplicis
 oblatis numeris, &c. (quanquam alii Chrysost. Oper.

I 3

imperf.

imperf. in Matth. XII. Hospinian. de fest. Christian. XIV. Epiphanius XV. Ambrosius, aliiqve plures numerent) superadditis iisdem *Nominibus* certis, communiter: Caspar, Melchior, Balthasar. (vid. Bernhard. de vigil. nativ. serm. 6. Hilar. Arelatens. de epiph. Beda, &c.) aliter Ebraicè [sic est] Apellius, Amerus, Damafius, (Petrus Comestor, Hugo de S. Charo, Anton. de Gislandis &c.) Gracè, Magalath, Galgalath, Saracin: alter adhuc, Ator, Sator, Peratoras. Nugæ.

Cæterum, operosior, *Unde venerint Magi hi?* quæstio est. Aliis scil. asserentibus, ex diversis singulos locis sive regionibus suis: *ἀπο πον.* Aliis omnes & singulos ex Perside, aliis ex Sabâ, [hodie Meroë] Æthiopiæ, ex Arabia, Chaldæa, Media, Mesopotamia, India orientali, extremâ. Nos pronunciamus, juxta cum non paucis, præsertim contrâ Æthiopiam, quæ Jerosolymis minus Orientalis, sed australis regio est: conf. & vid. omninò Matth. XII, 42. & Luc. XI, 31. pro Persia, quæ talis utique: alia ut taceam h. l. rerum momenta. vid. Chrysofomus, Basilus, Cyrillus, Isidorus, Nicephorus, alii: non spretâ omninò interim illa eorum sententiâ, qui pro Arabia felice pugnant, non sine omni ratione suâ: vid. Justinus, Cyprianus, Epiphanius, conf. & J. Drus. in annot. ad Nov. Testam. part. 2, pag. 5. nec non Büntingius, in Itiner. pag. 144. à princ. statim, qui, ut ut aliter sentiat, sitam à meridie in Orientem, (*Süd-Osten*) aliaque concedit largâ manu.

Jam

Jam, *Stella*, autor & dux itineris [utrinque ex parte] succedit: quæ non vulgaris creata, fixa vel erratica, adeoque nec genethliaca [absit, vid. Albertus magn. & Petr. de Aliaco, alii apud Sixt. Sen. Bibl. S. lib. VI. annot. 10.] sed nova, inusitata & extra ordinaria fuit: quod vel patet inter alia ex motu, qui non orbicularis, sed rectus fuit, de regione in aliam regionem; ex fulgore, qui & interdiurnus, ut sic loquar, nocturnusque, loco positusque in aëre, non cælo, & quidem infima ejus regione, inter contigua sibi semel ædificia, &c. Angelum Domini tamen quendam volunt ex veteribus nonnulli: Augustinus, Theophilactus, Chrysostomus, Isidorus, Damascenus, alii. B. Chemnitius in h. l. Gloriam illam Domini, quæ in agro Bethlehemitico pastores plenâ luce circumfulsit, eodem tempore visa à longo, tanquam stellula, à Magis in Oriente. V. illum, p. m. 126.

Nunc, *anne una, sola stella*, vel *Φαυρόμυρον* hoc, [Matth. II, vers. 7.] causa suscepti sanctioris itineris hujus fuit viris illis? Fateamur verum. Extra Spiritum S. & verbi alicujus divini revelationem nihil heic conducibile salutis expectandum humanæ. Admirati igitur Stellam, adjuti fuerunt absque dubio, non vicissim verò Foliis Sibyllinis quibusdam, nec Scripturâ quadam sub nomine Sethi, de manu in manus tradita, quod aliis aliisque placet: nec fortè Balaam vaticiniis, Numer. XXIV, 17. seqq. qui Mesopotaneus erat: sed Danieliticis præsertim reliquis scriptisque, aliorumque Prophetarum, quæ ad manus erant

erant cum exulibus adhuc plurimis Judæis in Chaldæa, Persia aliisque vicinis regionibus, tum ipsis illis etiam in his locis gentilibus: si exemplo Eunuhi Æthiops, Actor. VIII, 28. ut nihil hic quicquam dicam de translationibus Bibliorum in Græcam linguam jam tum factis.

Tempus porro suscepti exactique itineris hujus sacri, ecquodnam fuerit, vel ecquando & ubinam apparuerit Stella supra dicta, si quærat; addo; ubi verticalis fuerit sapientibus laudatis? respondeamus: primum in Persiâ, dehinc etiam Judæâ; Cæterum an juxta Scaligerum [de Emend. tempor. lib. VI.] integro anno ante nativitatem Jesu visa fuerit; immò juxta Keplerum [de anno Nativ. Christi] Petavium [de doctrina tempor. 12. cap. 8.] & ante hosce Nicephorum [histor. eccles. lib. 1. cap. 13.] biennio ante, sanè neutrum verisimile: potius statuerimus circa, circiter, tempus ipsum nativitatis Messie exortam hanc. Præterea, cum *Herode colloquium* institutum, instructionem hisce datam, similia quod attinet tabulæ sacræ ipsæ illæ satiùs talia expriment.

Misis itaque aliis aliisque *Εὐαγγιον* addeamus adhuc unum, solum circa *Vaticinium Bethlemiticum*, inter Matthæi locum hunc nostrum & Prophetam Micham cap. ejusd. V. comm. 1. Affirmativa enim videntur verba Vatis dicto loco:

וְיָבִי
בֵּית

בית לחם אפרתים צעיר להיוור בארץ

וְ tu Bethlehem Ephrata parvula

(minima) es in millibus Juda : nega-

tiva verò Evangelistæ : καὶ τὸ Βηθλεὲμ γῆ Ἰσραὴλ ἄδα-

μῶς ἐλαχίστη ἐστὶ ἐν ποίσι ἡγεμόσιν Ἰσραὴλ [ita legit quo-

que Syrus : *ܐܘܢ ܐܢܬ ܒܝܬ ܠܚܡ ܥܝܪܐ ܕܥܝܪܐ ܕܝܘܕܐ*

ܕܥܝܪܐ ܕܝܘܕܐ ܕܥܝܪܐ ܕܝܘܕܐ

ܕܥܝܪܐ ܕܝܘܕܐ nec non Arabs:

وَأَنْتِ يَا بَيْتَ لَحْمَ عَيْرِ

أَرْضِ يَهُودَا لَسْتِ بِصَغِيرَةٍ

يَا بَيْتَ لَحْمَ عَيْرِ consentiunt LXX

Senes.] Quid hic? Lapsusne memoriae quidam est S. Matthæi? juxta Roterodanum in annot. Absit: minimè. An τὸ צעיר adverbialiter explicabimus ita: *Parum est, ut sis (להיוור) in millibus Juda?* non placet, hac vice: aut quoquam alio modo per periphrasin interpretabimur? At verò, res plana est, ac simplex & facillima omninò conciliatio fuerit, si interrogativè concipias verba Prophetæ, per ellipsin τὸ ה' [quid notius aut usi-

K tatus

tatius? V. Genes. XXVII, vers. 24. Exod. VIII, vers. 26.
 Job. II, vers. 10. &c.] pro לְהַיְוָה הַזֶּה h. m.
Et tu Bethlehem Ephrata minima sis in
millibus Juda? quæ tunc negativè significare
 solent. [v. 2, Sam. VII, vers. 5. Ezech. XVIII, vers. 23.
 vel unum saltem locum: Job, XL, vers. 20.] hoc mo-
 do, quasi dicatur: *Minime ita*: ἡδανῶς
 ἡλαχίστη εἶ. *Tantum*. Πάντοτε δόξα
 Θεῷ!



Genes. I. Quid hic? Lapsus memorie quidam
 est S. Marci? Iuxta Rotobanum in anno. Ad-
 he: minime. Ad: non adverbialiter explicari
 mus ita: Parvus est: ut sit: (parvus) ita
 millibus Juda? non placet, hac vice: aut
 quodam alio modo per periphrasin interpretari
 mus? At vero res plana est, ac simpliciter & simpliciter
 concilio mentis, si interrogatus concipias
 verba Prophetæ, per ellipsin ut si quid notius aut
 minus



A. 73. 90

EXERCITATIO VII.

De

Verbis S. COENÆ Domi- nicis : HOC EST CORPUS MEUM, HIC EST SANGVIS MEUS, &c.

è Matth. XXVI, 26. seqq. Marc. XIV, 22. seqq.

Luc. XXII, 19. seqq. 1. Corinth. XI, 23.

seqq.

Autore

ANDR. SENNERTO.

Questio.

Præmiss. Præmittendis &c.



Vantæ fuerint, jam inde à principio
hujus universi, insultationes & technæ
ΜΥΕΙΟΤΕΧΝÆ Satanæ, infensissimi illius
generis humani & veræ Religionis ho-

K 2

stis,

tis, neminem omninò latere potest. Enimverò in-
 ter Religionis Christianæ salvificæqve articulos nullis,
 nullis aliis technas idem struxit magis, nisi primùm
 Doctrinæ de DEO & S. S. Trinitate, ἀνεργητικῆς quæ qua-
 si est & objectum princeps laudatæ verioris Religio-
 nis: hinc articulo de Christo, Servatore mundi to-
 tius, fidelium maximè, alteri illi è primis sive palma-
 rio, & quo sine nulli, nulli hominum salus contingit
 æterna, Actuum Apost. IV, vers. 12. Sed enim verò
 huic item cùm involvatur ille, qui est de S. Coena sive
 Coenâ Dominicâ, quantas, quæso, & huic semper &
 usque & usque struxit idem insidias? Jam olim qui-
 dem per Gnosticos, Transsubstantiatores, sic dictos,
 Berengerianos, similis farinae hæreticos; hodiè verò
 Carolstadianos, Zyvinglianos, Calvinianos, Philippi-
 stas, immò verò etiam Pontificios, similes, Verborum,
 Institutionis interpolatores diversissimos falsissi-
 mosque.

Ecquis enim ignorat, quomodo illi in genere
 & in communi statuant, quòd Corpus & sanguis Chri-
 sti in S. Coenæ usu non sint verè & realiter præsentia:
 quòd purus & nudus panis, purum & nudum vinum
 hic in his terris dispensentur & accipiantur: Christo
 in coelis sedente absenteqve, & hinc fide (credendo)
 deducendo, spiritualiqve adeò fruitione saltim accipi-
 endo: adeoque verba Institutionis non propriè & se-
 cundùm literam, sed figuratè, metaphoricè vel
 metonymicè, esse intelligenda: adeoque porrò ex

men-

mente Carolstadii vocabulum vel Pronomen *δεσπυδον*
HOC adverbialiter significare idemque esse, quod *HIC*:
 hoc sensu : *Hic* v. gr. sedet corpus meum : ex men-
 te porrò Zvinglii *πὲ* *EST* (Verbum vel copulam)
 non notare propriè , sed idem quod *Significat* : ex
 mente verò Oecolampadii, Corpus & sanguis (Prædi-
 catum, utrinque) notare nudè *Symbolum* vel *Signum*,
Memoriale vel *figuram* corporis & sanguinis Christi :
 ex mente Zanchii, Pronomen relativum *Quod* adver-
 bialiter & restrictivè significare idem ac *Quatenus* vel
qualiter : ex mente denique Bucani & Trelcatii tro-
 pum vel figuram esse *in singulis verbis Christi simul*
sumtis aut toto orationis nexu vel prædicatione, & quæ
 his sunt similia interpretamenta plurima alia.

En nunc, quæsumus, N. N. en nunc, ajo, quæ-
 sumus, fratres hosce Cadmèos, mutuis sese ipsos con-
 fodientes vulneribus, in uno solo hoc unanimes con-
 sentientesque, quod verbis Christi Servatoris testamen-
 tariisqve iisdem & literâ textûs repudiatis, rationis suæ
 figmenta & interpretatiunculas similes præ- & in me-
 dium proferant : alius dum in subjecto, ut ex parte
 jam vidimus, alius in prædicato, in verbo sive copulâ
 alter, alius hîc & nunc, alius in totâ orationis serie, si-
 militer, *κρησφύγετον* quærunt suum. Atque hi o-
 mnes atque singuli, ut ex parte etiam jam dictum, ec-
 quid aliter faciunt, nisi quod ratione suâ, quin imò, ad-
 do, Philosophiâ nostrâ, in sese aliàs fanâ & sartâ tectâ,
 in evertendo fidei Christianæ hoc sive articulo sive my-

sterio abutuntur? Sed enim nondum rei hujus finis. Aggreditur $\mu\upsilon\epsilon\iota\acute{o}\pi\alpha\chi\upsilon$ ille hodiè etiam Philologiam sacratiorem & in specie Orientalem, maximè Ebræam, in laudato modo Fidei Christianæ hocce Articulo evertendo. En, novum hujus, inquam, inventum. Videt hæctenus Verba Servatoris nostri, JESU Christi, in propriâ suâ significatione adhuc immota stare stetitque, aliud molitur ergò adhæc. Insurgit & infit: Ebræos atque Orientales reliquos non habere, vocabulum vel verbum in suo idiomate, quot notet aut inferat $\tau\acute{o}$ *Significat*, necessum fuisse aded, ut Servator in hac sua Cœna vel institutione ejusdem, pro illo $\tau\acute{o}$ *Significat*, uteretur $\tau\acute{o}$ *Est*, hoc *Est* Corpus, hic *Est* sanguis meus, quod in recessu idem ergò sit inferatque, quàm: hoc *significat*, *significat*, inquam, corpus & sanguinem meum. Res aded, verbo, eò redire videtur, ut quæramus: an Orientales, maximè verò etiam Ebræi, vel item aut potius Dialectus vel lingua, Christi, quæ Chaldæo-Syra sive Jerosolymitana illo tempore fuit, caruerit voce vel verbo tali *Significat*? Id inquam, in quæstione est, & ex hoc fonte vel quæsito Philologiæ sacratiore & Orientalis $\zeta\eta\tau\eta\mu\acute{\alpha}\lambda\iota\omicron\nu$ hoc diluendum omninò fuerit, ut de re ipsa aded & certitudine ejus constet.

Hæc atque talia verò cum tui muneris sint, N. N. ut rem dicendo aggredi, & quæ super hoc Quæsito verior sententia & mens item tua sint, ediffere, s. pluribus s. paucioribus, velis, est quod enixè rogo &c.

Respon-

Responsio.

Præmiss. Præmittendis &c.

Nunc, de Quæsito me certo sollicitas, incurrente, vel concernente majoris commatis articulum illum Christianæ nostræ religionis, qui est de sacra Cœnâ sive Cœnâ Dominicâ. Rectè Tu verò atque ante omnia monuisti, post articulum de DEO & S. S. Trinitate, nec non de Christo, Mediatore, vix quenquam esse, qui Satanæ, *Μυροτέχνης* illius atque satellitum ejus technis sit fueritque usque huc magis expositus, quàm hic ipse. Veterum quorundam atque recentiorum porro adduxisti *Φλυαρίας*. Nolo prolixus, atque adeò Auditorio huic splendidissimo molestus esse: mitto itaque illa & ad forum potius Dnn. Theologorum hæc remitto. Id doleo unicè, non desinere technarum Satanam & ejus complices, nisi post alia è Philologiâ sacratiore nostrâ & Orientali phâretræ suæ pararet item, conderet reconderetque sagittas suas, sed, dolosas quidam, fragiles tamen illas. In Quæstionem inter Te & me venit: an Orientales, maximè verò etiam mater reliquarum, Ebræa Lingua, immò & dialectus Chaldaeo-Syra sive Jerosolymitana, quæ Servator noster, quamdiu hic in carne ageret, usus est, habeant vocabulum aut verbum, quod referat conceptum notionalem hunc: *τὸ* Significat nempe: & si hoc non, an ideò opus habuerit Servator noster in Institutione Cœnæ suæ mysticæ pro eo uti *τὸ* Est, Est inquam, pro *τὸ* Signi-

gni-

gnificat. Brevis ero, ut dixi Respondeo itaque, & sine quidem præviis ambagibus multis: Utut videri poterat primâ fronte, & iis maximè, qui spatia non adeò longa fecerunt in laudatis Linguis, carere illas datâ voce vel verbo *Significandi*, in rei tamen veritate nihili res & falsum hoc est. Lustrabimus nimirum illas, quanquam, ut non semel dictum, paucissimis. Enimverò, antequam ad rem: id moneri oporteat præprijis: Lingvæ Originariæ Ebrææ hæc esse fuisseque fata vel habitudinem usque huc, ut Primitivorum sive Radicum, quas vocant, immò & derivatorum, tot hodiè agnoscat tantùm, quod in Codice reperiuntur veteris Instrumenti Ebræo, plures minimè. Caterùm earundem plures olim extitisse, quis ambigat? Rem declaro exemplo: Quis in Demosthene, Plutarcho, Isocrate, Hesiodo aut Homero, v. gr. putabit omne Lingvæ Græcæ decus aut copiam inveniri? Quis in Salustio, Terentio, Plauto, immò Cicerone ipso, gravitatem omnem sermonis Latini? Ita, inquam, non item censebimus Lingvæ primævæ omne genus & latifundium ejus haberi in Codice veteris Instrumenti, non adeò sc. amplo illo? Sed enim, filix ejusdem primigeniæ, quales sunt idioma Chaldæum, Syrum, maximè verò ditissima omnium Lingua Arabica, testantur, Primitiva similia (de hisce enim mihi hac vice saltem sermo: certè verò talium vel mille & plus ultra hæc habet) etiam quondam in usu fuisse apud Ebræos, gentem selectam, atque adeò etiam in Lingua primigenia. Ex. gr. evolvemus אבד seu Libri primi Mosaici, Geneseos vulgò, Cap. 7. comma seu versiculum, quem vocant, saltem
primum:

primum: heic occurrunt quatuor radices sive Primi-
 tiva in Lingua originaria minus usitata hodie, illa ta-
 men in Lingua Agarenâ sive Arabicâ. Textus verba-
 hac sunt: בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ
In principio creavit DEUS vel Elohim,
b. e. Pater, Filius sive Verbum, & Spiritus S. Caelum &
Terram. Hic טו ראש, vel sequioris sexûs רִאשׁוֹן,
 2. טו אֱלֹהִים. 3. שָׁמַיִם & 4. אָרֶץ Terra Primi-
 tiva sua in hac Lingua sive radices verbales hodie non
 agnoscunt. Vanî itaque illi sunt, qui v. gr. טו אֱלֹהִים
 vel ab אֱלֹהִים *execratus est, juravit, pejuravit,* deducunt,
 vel ab אֱלֹהִים *fortis,* qui error Lombardi & Vasquesii, a-
 liorumque est: ita qui טו שָׁמַיִם à שָׁמַיִם *illic &*
אֶמֶת aqua, vel à שָׁמַיִם *stupere,* & טו מִים quod stu-
 pendo modo aquæ illic suspensæ hæreant, vel ab אֶשׁ
 & טו מִים *igne & aqua:* ita qui אָרֶץ Terra, à רוּץ *cur-*
rere, quod animalia pedibus in hac currant. Memi-
 ni me aliquandiu audivisse quendam, qui Copernicæ-
 am hinc firmare sententiam gestiret, 'quasi verò Ter-
 ra moveatur vel currat, Coelum verò stet, eò quod, a-
 jam, אָרֶץ à רוּץ *currere* deveniat. Verum verò טו
 ראש vel רִאשׁוֹן radix verbalis in Lingua Arabica
 est usitata رَأَسَ, *caput fuit, praefuit, rexit,* in Conju-
 gatione secunda رَأَسَ *caput, principium constituit,*
 ita טו אֱלֹהִים vel אֱלֹהִים radix est أَلُو *DEum coluit,*
 & quidem tali cultu, qui λατρεία dicitur, in distincti-
 one ad δαλείαν: שָׁמַיִם porrò à سَمَاءٌ vel سَمَوَاتٌ
 sive سَمَاءٌ *altus fuit, eminuit,* à loco scilicet su-
 periore,

L

periore,

periore, quem in creatione prima Coeli sortiti sunt, quemadmodum vice versa אֶרֶץ terra ab أَرْض depressus, humilis, grave fuit. Quæ ipsæ Radices ergò sive themata, cum aliis sui similibus, absque omni dubio quondam fuerunt item in Lingua primæva sive matre Ebræâ usitata.

At enim verò dicet aliquis: quanta, quanta hæc digressio! Cui fini illa! Ex diverticulo itaque hoc ut ad rem iterum deveniam, dico ergò & primò quidem καὶ ἀνθρώπων : Ecquid est, si quis dicat: eodem modo se rem habere fortè cum conceptu hoc notionali sive σημειωτικόν *Significat*, ut fuerit in Lingua Originaria quondam usu quidem receptum, sed idem non relatam in Codicem Verbi Veteris instrumenti θεοπνεύστου ? Sed enim hoc non dicam, quin potius id & καὶ ἀλήθειαν , vel quod res est: immò verò (utur primâ fronte videri poterat, in Codice Sacro laudato & lingua adeò originariâ non apparere suprâ notatam vocem) attamen similium vocabulorum cum Verbalium, tum Nominalium etiam reperiuntur in laudato Codice & lingua Originali, immò Christi & reliquis Orientalibus, quæ sensum hunc facillè referant. Ex. gr. En primum hoc, σημειον scil. quod significat *Signum*, *Signum* inquam, vocabulum Ebræo usitatissimum in plurali סִימָנוֹת *Signa*: ita apud Chaldaeos ܫܡܝܢܐ vel ܫܡܝܢܐ , apud Syros σημειον Arabes سَمَاء . Cur igitur Servator noster, si opus quidem id fuisset, in Originali vel

vel suâ item h. e. Jerosolymitana dialecto potuisset
 dicere: $\text{זֶה הוּא אֶת גּוֹי}$ vel זֶה הוּא הַאֶת *hoc est Signum corporis*
mei: $\text{זֶה הוּא אֶת דַּמִּי}$ vel זֶה הוּא הַאֶת *hoc est signum sanguinis*
mei, vel in dialecto Jerosolymitana זֶה הוּא אֶת vel זֶה הוּא הַאֶת
 $\text{זֶה הוּא אֶת גּוֹי}$ *hoc est signum corporis mei*, vel
 $\text{זֶה הוּא אֶת דַּמִּי}$ *hoc est signum sanguinis mei*, quod idem in recessu est ac:
Significat corpus, sanguinem meum. Tale ferè etiam
 nomen Ebraum est זֶה הוּא אֶת *Signum* Ezech. IX, 4. alibi. à
 radice in secundâ Conjugatione usitatâ זֶה הוּא אֶת *signavit*.
 Tales porro immò radices Verbales item sunt: זֶה הוּא אֶת
 in prima quidem זֶה הוּא אֶת sive Kal non usitata, at verò in
 Niphal זֶה הוּא אֶת , & apud Chaldaeos in secunda Conju-
 gatione זֶה הוּא אֶת & זֶה הוּא אֶת *signavit*; unde extra contro-
 versiam Græcorum $\sigma\mu\alpha\iota\nu\omega$, $\epsilon\upsilon\sigma\mu\alpha\iota\sigma$, $\sigma\mu\mu\epsilon\iota\sigma$, $\sigma\mu\mu\alpha$, similes
 voces. An addam radices זֶה הוּא אֶת Chald. זֶה הוּא אֶת Syr.
 זֶה הוּא אֶת . Arab. $\text{زَهَّ$ *signavit, designavit*,
 item זֶה הוּא אֶת , Chald. זֶה הוּא אֶת Syr. זֶה הוּא אֶת Aeth.
 זֶה הוּא אֶת . Arab. item زَهَّ ejusdem notionis ?
 Cur ergò simili verborum uno Servator noster uti
 non potuisset in simili *signandi* vel *significandi* sensu:
 Hoc scil. *signat* vel *significat* corpus vel sanguinem
 meum? Sed salva res est. Et posito, dato, non con-
 cesso, non habuisse Servatorem nostrum, neque agno-
 scere item Orientales tale Verbum, quod notet *si-*
gnificat: (quod tamen abunde, nî fallor, jam modò
 L 2 demon-

demonstratum est) quid est, quæso, quod Amanuenses divini Matthæus, Marcus, Lucas & D. Paulus in defectu illius Verbi Orientalis (posito, inquam, non concessio) in describendo hoc sacrosancto mysterio non substituisent usitata satis Græca hæc vocabula, σημαίνω, εν, παρασημαίνω, εν ita σημείον, σημά, σύμβολον, σημείωσις similiter: ita inquam: τὸ σημαίνει τὸ σῶμά μου. τὸ σημαίνει τὸ αἷμά μου: Quin immò cur potius Fontes ipsi Græci itemque Μεθερμηνεῖς constanter ita, & non aliter legunt: Fontes: τὸ ἐστὶ τὸ σῶμά μου, τὸ ἐστὶ τὸ αἷμά μου. Vulgatus: *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus.* Syrus: *Hoc corpus meum* *Hic sanguis meus.* Arabs: *Eodem modo item Æthiops & Persica Translatio.*

Ac licet quidem (quod objici nobis fortè posset) horum omnes atque singuli, Syrus, Arabs, Æthiops &c. non utantur semper & expressè verbo substantivo vel simili, *est, fuit*: attamen ipsis aliquando veniunt hujus loco Pronomina & & similes, quæ quod stent loco verbi Substantivi quid notius? quin immò

immò, si & hæc non adessent (sive Pronomina sive Verbum Substantivum ipsum) notò notior in omnibus Linguis Orientalibus Ellipsis illorum frequentissima. Ac tandem, quid hoc est, quod D. Paulus in individuo, quando in 1. Corinth. X, vers. 16. mysterium hoc *ἡ εὐλογία* vel interpretatur, non dicit iterum: τὸ τοῦ σημείου τὸ σῶμα τῆς χειρὸς, τὸ τοῦ σημείου τῆς αἵματός τῆς χειρὸς; sed exerte: ὁ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὁ εὐλογητὸς, καὶ ὁ ἄρτος, ὃν κλάωμεν, ἐκὶ κοινωνία τῆς αἵματός τῆς χειρὸς, ἐκὶ κοινωνία τῆς σῶματός τῆς χειρὸς ἐστὶ. *Calix benedictionis, cui benedicimus, & panis, quem frangimus, nonne communio,* (quod mihi quidem idem est, quod *Unio, Unio*: vocabulo non pro Actu, sed Statu, ut in scholis loquimur, sumto) ἐκὶ inquam, *nonne communio est sanguinis Christi, & corporis Christi?* Quid clarius & technis Adversariorum adversum magis? Sed hæc, posteriora, posteriora dico, alterius cum fori sint, hic subsisto, & gaudeo gratiorque nobis de verbis Christi, Servatoris nostri, illa eadem quod firmo ergò adhuc stent talo, und daß die Wort Christi auch diesfalls noch fest stehen. Tantumque

DIXI

L. j. Vacui

Vacui ob fugam,

Placet hoc loco adjicere Verba emphatica planè,
circa hunc Fidei Christianæ præsentem articulum de
S. Coenâ, B. Lutheri, Tom. ejusd, Witteb. Germ. II. fol.
222. conf. & Tom. Jen. Germ. III. fol. 488. b. & seq. Altenb.
Tom. III. fol. 866. quæ ita habent: **Sehe es gleich
dahin/daß unser Text und Verstand auch
ungewis/oder finster sey/ (als nicht ist) so
wol als ihrer Text und Verstand/so hastu
dennoch das herrliche trogige Vorteil/daß
du mit gutem Gewissen kanst auff unserm
Text stehen/und also sagen/Soll ich denn
und muß ungewissen/ finstern Text und
Verstand haben/ so wil ich lieber den ha-
ben/ der aus Göttlichem Munde selbs ge-
sprochen ist/denn daß ich den habe/ so aus
menschlichem Munde gesprochen ist. Und
sol ich betrogen seyn/so wil ich lieber betro-
gen seyn von Gott/(so es möglich wäre/)
denn von Menschen/ denn betreugt mich
Gott/so wird ers wol verantworten/und
mir Wiederstattung thun. Aber Menschen
können mir nicht Wiederstattung thun/
wenn sie mich betrogen haben/ und in die
Helle geführt. Solchen Troß können die
Schwermer nicht haben/ denn sie können
nicht**

nicht sagen/ Ich wil lieber auff den Text
 stehen/den Zwingel und Ecolampad zwu=
 trechtiglich sprechen/ denn auff dem/ den
 Christus selbs eintrechtiglich spricht.
 Demnach kanstu frölich zu Christo reden/
 beyde an deinem Sterben und Jüngsten
 Gericht/ also: Mein lieber Herr JESU
 Christe/ es hat sich ein Schaden über dei=
 nem Worten im Abendmahl erhaben/ et=
 liche wollen/das sie anders sollen verstan=
 den werden/ denn sie lauten. Aber weil
 sie mich nichts gewisses lehren/sondern al=
 lein verwirren/und ungewiß machen/und
 ihren Text in keinen Weg wollen noch kön=
 nen beweisen/ so bin ich blieben auf deinem
 Text/wie die Worte lauten/ Ist etwas fin=
 ster darinnen/ so hastu es wollen so finster
 haben/ denn du hast kein ander Erklärung
 drüber gegeben/ noch zu geben befohlen.
 So findet man in keiner Schrift/ noch
 Sprachen/das JES sollte (deutet/) oder/
 (mein Leib) Leibs Zeichen heißen. Wäre
 nun eine Finsterniß drinnen/so wirstu mirs
 wol zu gut halten / das ichs nicht treffe/
 wie du deinen Aposteln zu gut hieltest/ da
 sie

sie dich nicht verstanden in vielen Stücken.
 Ich bin an diesen deinen Worten blie-
 ben/ das ist mein Leib/ ꝛ. und habe mir
 keine andere draus machen wollen / noch
 machen lassen / sondern dir befohlen und
 heimgestellet / ob etwas finster darinnen
 wäre / und sie behalten wie sie lauten / son-
 derlich weil ich nicht finde / daß sie wider ei-
 nigen Artikel des Glaubens streben. Si-
 he / so wird kein Schwermer mit Christo
 reden dürffen / das weiß ich wohl / denn
 sie sind ungewiß / und uneins über
 ihrem Text.



Fd 6020 II

(2)

ULB Halle
003 772 209


3




FA-906

WMA *[unclear]*







B.I.G.

Farbkarte #13



ATIONUM DLOGI- RUM

C tertia :
arum
XC.
XCI.
Cap. XIII, 15.
Cap. XIX, 25. seqq.
Æ, Cap. LIII. com. 9.
Matth. Cap. II, 1. seqq.
NÆ : hoc est Corpus me-
us &c. è Matth, XXVI, 26. seqq.
.XXII, 19. seqq. 1. Corinth, XI, 23. seqq.
t in fine :

A five Introductio
Oriental. plerasq;
ITORE

NERTO, P.P.
o. Ejusdemq; Sen.

EBERGÆ,
IANI SCHRÖDTERI, Acad, Typ.
100 LXXXI.

11/6
~~18~~

ah.

